

PSALMUS LXXXIX.

EXPLICATIO VERSUS I.

— משכיר informans:] scil. hymnus, vel ode didascalica: vide Pſal. XXXII, 1. Belga conjiciunt, pertinere hunc pſalmum ad devaſtationem, à Sefako rege Ægypti concitatam, 1. Reg. XIV, 25. 2. Par. XII, 2. De vaſtatione ſub Zedekia à Nebucadnezare, Muis, &c. Sed quid opus, ad certum reſtringere tempus aut caſum, cum arma hinc ſup- peditentur contra quasvis quorumvis temporum adverſitates, eccleſiam exercentes?

לאתי Ethanis:) mentio fit hujus Eſrachai 1. Reg. IV, 31. quod vir fuerit ſapientiã celebris, & quidem genere Levita ex poſteris Merari oriundus, 1. Par. VI, 44. cantoribus ſui temporis à Davide præfectus, c. XV, 17.

האזרחי:) conſtat hinc, Ethanem Hemanis fuiſſe concivem vel ſympatriotam; vide ſis Pſal. LXXXVIII, 1.

EXPLICATIO VERSUS II.

חסרי miſerationis Domini:) i. e. infinita ac innumera ſunt miſerentis Dei beneficia, quæ ſingulari numerò efferri quodammodo nequeunt: vide Pſal. XVII, 7. mirifica חסרתיך & Pſal. XXV, 6. recordare רחמיך וחסרתיך miſerationum & gratiarum tuarum: Jeſ. LXIII, 6. gratias Domini, commemorabo: Thren. III, 22. חסרי gratia Domini, quod non conſumti ſumus. Præcipuè autem huc ſpectant Gratia Davidis, ſeu gratioſa Dei promiſſa, Davidi de ſemine benediçtò facta, quorum fit mentio Jeſ. LV, 3. & 2. Par. VI, 42. quippe in quibus אל' עֲלֵיךְ Dei gratia ac veritas elucet; in Chriſtò enim omnia fundata ſunt promiſſa 2. Cor. I, 20. nec aliud hominibus datum eſt nomen &c. Ath. IV, 12. imo per Chriſtum gratia & veritas eſt facta, Job. I, 16. ea etiam eſt gratia æterna illa, quam in Pſalmò hinc præcipuè deprædicancam inſtituit Sacer pſaltes.

עולם in ſeculum:) ellipſis עַד (ל) ut Pſal. XLV, 7. folium tuum עולם Luth. ewiglich. confer gramm. P. 149, n. 1. de periphrasi adverbii.

אשירא cantabo:) mente ſcil. hilari, admirabundâ, gratiã, idque palàm, audientibus aliis, ad ſimiles mecum laudes inflammandis, adhibitis ſimul instrumentis muſicis, vel voce aſſã &c. vide idem hoc verbum Pſalm. XIII, 6. XXVII, 6. LVII, 8. Præmittitur hæc gratia veritatisque divina celebratio, tanquam inſinuatio quædam vel benevolentia captatio, ne ob querelam ſubſequentem de illis dubitare videatur Pſaltes; ita Muis, quem vide ad Pſal. LXXXIII, 1.

לרר ingenerationem & generationem:) i. e. per ſingula quaſi ſecula, ita ut non mei ſolum עֲלֵיךְ hæc audiant ac diſcant; ſed & poſteritas ſubinde ſubſequens, & per manum quaſi tradens aut propagans hoc meum carmen. De phraſi hac vide Pſal. X, 6. Non malè autem hinc colligitur, pſalmum hunc non uni perſonæ, ſed toti potius fidelium cœtui vel eccleſiæ accommodatum eſſe. vide ſis infra vers. 18. 19.

אמינתא veritatem tuam:) i. e. inſallibilem accuratamque promiſſorum tuorum adeò gratioſorum adimpletionem, ubi nihil omninò deſideratur in re, quod priùs fuerat in promiſſione aut ſpe, Jeſ. XXI, 45. XXIII, 14. Aliqui diſtingvunt,

A quod Gratia ſit ante promiſſionem, Veritas poſt eam: quæ quidem vera, ita tamen, ut Gratia nuquam non dominetur. Imò gratia & veritas alibi appellantur gratia fidelis vel vera: Jeſ. LV, 3. Ejusdem hujus divinæ veritatis ac fidei vel conſtantia præconium lege Pſal. XXXVI, 7. XL, 11. LXXXVIII, 12. Luth. olim: ſeinen Glauben / poſtea: ſeine Wahrheit. Deprehenditur verò hinc heteroſis perſonæ, in pſalmis alioquin haut infrequens, ita, ut fermo modo ſit de aliquo tanquam abſente: (gratias Domini) modò tanquam de præſente: (tuam.) vide Pſal. LXXX, 6. 17.

כפי ore meo:) hinc ipſò celebrationis indigitatur modus, eandem videlicet non fore merè mentalem, ſed & oralem, inque ſenſum auditûs diſertè incurrentem, ut tam domi, quàm foris, reſonet laus Domini per labia fidelium.

EXPLICATIO VERSUS III.

כי nimirum:) Luth. und ſage alſo: (olim: das ich ſage.) liquet facile, particulam hanc, alioquin cauſalem, hinc potius fieri explicativam, vel aſſeverativam; utique, certò, ſanè, ut Pſalm. X, 14. Job. VIII, 6. (vide hinc Drufium.) Cob. IV, 16. Pſal. LXXXVII, 12.

אמרתא dico, ediffero, ſtatuo:) ita prætorium quodammodo ſolet eſſe perſonæ primæ verbum, ceu aliquot ex locis palam patet, Cob. II, 1. III, 17. 18. VI, 3. VIII, 14. Vel æquipollet prioribus: cantabo, prædicabo, adeòque valet per enall. conſuetam: dicam. Campen: perſvaſi enim mihi. Belga in ſchol. ich halte das für ſicher.

עולם æternum:) vide vers. 2. Opponitur autem hæc gratia perpetuitas, tranſitoria Deorum terrenorum, ſive regum atque principum, benignitati, quippe quorum propenſus facile mutatur animus, vel tamen unà cum fugace vitâ opinionone citius finitur. Feſſel. l. 3. c. 2. §. 20. hoc עולם exponit, indefinenter, omninò, reverà. Si ratio habeatur membri ſequentis de cœlis, haut abſurde per עולם intelligi poſſet mundus ipſe, quocum durante durabit quoque gratia. vide ſequentia.

חסר gratia:) nimirum Dei, veluti tum verſus antecedens, tum ſubſequens h. l. membrum de ejus veritate, id edocet. Pertinet verò huc illud Job. I, 14. ubi Meſſias dicitur plenus gratia & veritate; & vers. 17. lex per Moſen data eſt, gratia autem & veritas per Chriſtum facta eſt. Luth. ewige Gnade. Chaldaus & Syrus: mundus gratiã ædificatur, &c. quos approbat Lud. de Dieu animad. b. l. verum an contextus ita benè ſatis cohæreat, ſubdubito.

יבנו ædificabitur:) i. e. confirmabitur, ſtabilimentum capiet, & inſtar ſplendidi beneque fundati cujuſdam ædificii exornabitur indices, non quidem in ſe, prout gratia eſt attributum Dei invariabile, incrementi omnis expers, ſed ratione noſtri, & ratione affectuum, à gratiã Dei provenientium, qui quotidie novi erunt, inſtar palatii vel ædificii alicujus, quotidie adverſus ruinam rupturasque curati, novisque ſubinde ornamentis, vel acceſſionibus aucti. Hac fermè ratione pii dicuntur ἐποικοδομῆμενοι in Chriſtò, & θεοκαίμενοι in fide, Col. II. 7. & eccleſiæ Judææ ac Samaritæ ſcribuntur οἰκοδομῆμεναι καὶ πνευ-